

De liber constructionis monasterii ad s. Blasium.

105

55.* Lutfridus de Hotwiler**, qui se ipsum in hoc loco monasticae subdidit religioni, per unum annum [fol. 20^b] ante obitum suum, quando conventus in ecclesia non fuit, quasdam dulces voces in eadem*** maiori ecclesia saepius audivit. Cumque hoc cuidam fratri, sibi ex carne germano, referret, ab eodem germano tale responsum accepit, ut pararet se, quia forsitan, sicut et contigit, non diu in hac vita maneret. Jam vero vitae suae termino appropinquante quadam die visitavit quendam infirmum fratrem, bonae conversationis virum, tunc in infirmaria in extremis iacentem. Dixit ad eum: „domine † frater, ut mihi in te videtur, cito in hac vita ego et tu ab invicem separabimur¹⁴. Cui ille respondit: „ut ita asseris, est, sed in hac vita separati in altera cito debemus coniungi;“ sique factum est.

56. †† [1125.] Fuit etiam quidam adolescens strenuus, nomine Henricus, parentibus catholicis et de maioribus Argentinae ††† urbis civibus*† ortus, qui a pueritia studiis liberalibus traditus in praedictae civitatis monasterio praebendam***†, pro loci quidem illius consuetudine, sed tamen minus canonice, adeptus fuerat. Is itaque pueritiae suae tempore studiose satis enutritus coaevoos suos industria et ingenii excellentia longe superavit. Postea vero expleto tempore pueritiae crebra parentum ammonitione non desidia, nec inertiae se tradidit, verum honesta studia scholasque magistrorum seculus scientia et moribus sedulo proficiebat***†, ho-

nestas societates et amicitias appetebat, omnibus, quibuscum morabatur, gratus et acceptus esse elaborabat, parentum vero suorum studia, curas et affectus ita in se converterat, ut et plurimum eum diligenter totamque spem suam in quadam indolis ipsius expectatione collocarent, ut eum fere iam solum suam delectationem suaeque senectutis dulce levamen reputarent, eoque magis pro eo solliciti [fol. 21^a] omni devotione omnique diligentia id agere satagebant, qualiter eius adolescentiam ab infantia et turpitudine, qualia plerumque in ea aetate solent obrepere, quoad possent, incontaminatam conservarent. Verum quia inter huius mundi lubrica et varietates sine offensione, sine lapsu non facile alicui contingat incedere, aetas eius imbecillior et ad libidinem proclivior, integra et incorrupta conservari non potuit, quia inter perniciose pravorum ingenia conversatus, pravis eorum conversationibus* et exemplis ad studia similia facile induci potuit, nec tamen ipse variis obnoxius desideriis bonis invidebat, vitam religiosorum, ut plerique solent, non improbat, consortia eorum et colloquia non detrectabat, utpote qui facile votis eorum ac consiliis vellet acquiescere, si quandoque superna annuente clementia de huius mundi illecebris et blandimentis¹, se posset emergere. Verum postquam divinae dignationi, quae non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat**, famulum suum de tenebrosa huius saeculi voragine elementer extrahere suaeque visitationis gratia eum complacuit illustrare, mira benignitate miraque dispositione id provide dignata est.

57. Pater enim noster coelestis, qui mirabiliter vocat, quos ab aeterno suos praenoverat, et, quos vocat, misericorditer iustificat et iustificando sublimiter glorificat, quoniam flagellat omnem filium, quem recipit***, non sine flagellis in consortium aeternae suae hereditatis eum recipere voluit. Paternae itaque disciplinae solita usum districtione, gravi eum confectum infirmitate, usque ad vitae desperationem voluit deducere, ut

¹.separemur, §f.

* Note Herrgotts: Lutfridus de Hotwiler.

** Gottweil im Argauischen, Bezirk Brugg.

*** Die maior ecclesia ist also die Conventskirche.

† domine frater wird wohl nur so zu erklären sein, daß Lutfrid von Hotwiler Converse, jener frater aber professus (Priester) war.

†† Note Herrgotts: Henricus de Argentina.

††† Die Erzählung von Heinrich von Straßburg hat einige Ähnlichkeit mit der Erzählung von einem Cleriker aus Straßburg, der durch die Fürbitte des hl. Apostels Mathias geheilt wurde. Diese letztere steht in Anonymi supplementum historiae miraculorum s. Mathiae apostoli (St. Mathias-Kloster bei Trier), Pez. thes. anecd. tom. II. 3. p. 9, 10.

*† maiores urbis cives sind die Patrizier. Du Cange hat diese Bedeutung nicht. Diese Bezeichnung für Patrizier beweist das hohe Alter dieser Aufzeichnung (12. Jahrh.). Eine frühe Erwähnung der südtürkischen Geschlechter, s. Zeitschr. f. d. Oberh. 20, 6.

**† Pfriunde am Münster, und zwar ein Canonicat, wie aus dem folgenden Kapitel ersichtlich ist.

***† Der Verfasser zeigt sich an mehreren Stellen als einen Freund gelehrter Studien. Siehe die Stellen im lib. I. cap. 16 (32) S. 84 und Buch 3 Kap. 7. Ohne Zweifel war er der erste Aufzeichner dieser Geschichte, der sich vorzüglich für die studia in Quellenammlung. IV.

¹ blandimentis, §f.

tereffürte. Man kann daher bei dem Eifer, den Frowin, später Abt in Engelberg, um 1144 in St. Blasien an den Tag legte, vermuthen, Frowin sei der erste Verfasser des lib. constructionis. Er kommt nur ein einziges Mal im dritten Buche vor, Kap. 44, mit der Bezeichnung: vir venerabilis Fr., postea abbas Montis angelorum religiosissimus. Es wird daselbst eine Vision Frowins erzählt, die nur aus seinem Munde stammen kann.

* I. For. 15, 33.

** Geth. 33, 11.

*** Gebr. 12, 5.